



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

21. De testibus cogendis.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

multipliciter ampliat, & limitat, tam in civilibus, Azin. in praxi Florent. §. 2. i. c. 1. quam in criminalibus, Farin. in praxi crimin. q. 39. n. 5.

CAP. Non debet. LVI. & fin.

Accusatus de crimine pendente sua accusatione non potest esse testis in alia causa criminali, imò non potest accusare, nec suscipere Ordines, nisi prius se probauerit innocentem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Felin. Aretin. Panorm. Mynfinger. Martin. Vran. Guid. Papæ. Cujac. Viuiam. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 181. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 274. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Collige ex text. accusatum pendente accusatione criminis reprobari in causa criminali, vt per Rebuff. de reprob. testium, n. 27. Mascard. de probationib. concl. 27. Specul. in tit. de teste, §. 1. vers. item quod pender accusatio sub n. 82. Farin. in praxi crimin. q. 56. n. 167. Hieron. Buccaron. de different. inter iudic. civil. & crimin. differ. 92. vbi etiam cum Rimin. sen. consil. 306. n. 58. col. 2. & Farin. d. q. 56. n. 165. intelligit, si delictum de quo quis accusatur sit graue, capitale, & infamatorium, secus si leue, latè & eleganter Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 3. dist. 81. & vide dicta ad cap. omnipotens de accusat. & ad c. 2. sup. hoc tit. n. 3. cum seqq. vbi omnes refero, qui tanquam viles, & infames à testimonio repelli possunt.



De Testibus cogendis.

TIT. XXI.



VPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Cujac. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 67 verso, Petr. de Ranen. in compend. iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitom. Decretal. fol. 71. Dan. Venat. in analysi method. iuris Pont. à pag. 263. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Callan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. sub hoc tit. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canonici.

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 55. §. 11. vbi parens meus, & apud Castellanos, l. 2. tit. 16 p. 3. vbi Gregor. & l. 6. tit. 6. lib. 4. noua recop. vbi Azened. Clar. lib. 5. §. fin. q. 24. n. 21. Anton. Gom. var. lib. 3. c. 12 n. 24. Menoch. de arbit. casu 487. Rebuff. de reprob. testium, num. 69. Cacheran. Pedem. decis. 46. Surd. decis. 190. Soar. de Pace in pract. tom. 1. p. 1. temp. 8. n. 16. Fr. Ludouic. Miranda de ordine iudic. quæst. 24. art. 1. concl. 3. Farin. in praxi crimin. p. 2. tit. de opposit. contra examen testium, quæst. 78. à n. 1. Sigism. Scac. de iudic. lib. 2. c. 10. nonissimè Hieron. Buccaron. de different. inter iudic. civil. & crimin. differ. 72. cum sequentib.

S F M M A R I V M.

1 Testes in causa civilis monendi & inducendi sunt ad testificandum, & si se subtrahunt odio, gratia, &c. compelli debent.

- 2 Testes à dicendo testimonio se subtrahentes, gratia, odio vel timore facere presumuntur.
- 3 Testes, qui sunt habiles, & idonei, compelluntur iniuri dicere testimonium.
- 4 Veritatem qui occultat, peccatum committit mortale.
- 5 Senes cogi non possunt venire ad testificandum, sed debet index ad domum illorum mittere pro testimonio ferendo.

CAP. Causam matrimonij. I.

Alexand. III.

Testis ab alterutra parte inducitur in causa matrimoniali, vel alia civili, sunt diligenter monendi, ne veritatem occultent, sed si odio, gratia, vel amore se subtrahunt sunt compellendi directione Ecclesiastica ad testificandum coram iudice, vel eius nuntio ad hoc misso. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Guid. Papæ. Viuiam. in ration. 2. libr. iur. Pont. pag. 187. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 276. remissive Casal. in amor. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Antoa. Angust. collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 14. cap. 2.

Ne veritatem occultent. Notatur ad hoc quod testes à dicendo testimonio se subtrahentes, gratia, odio, vel timore facere presumuntur, vt per Menoch. de præf. lib. 2. præf. §. 5. n. 4. præcipue quando veritas aliter haberi non potest, Farin. in praxi crimin. q. 78. n. 11. Et testis latitans vt veritas non inueniatur an sit falsarius, & an lege Cornelia de falsis teneatur, vel potius crimine stellionatus? Vide Farin. in praxi crimin. q. 67. n. 28. Hieron. Buccaron. de different. inter iudic. civil. & crimin. differ. 77. n. 20.

Diligentius monendi, & inducendi. Notatur ad hoc quod testes, qui sunt habiles, & idonei, compelluntur iniuri dicere testimonium, vt per Anton. Gom. tom. 3. var. c. 12. n. 24. in princ. Soc. reg. 3. 17. vers. quareo limita.

In gloss. Occultent. ibi, & qui veritatem occultat, peccatum committit mortale, Vide D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. Foler. in pract. crimin. canon. part. 2. c. 8. n. 3. Farin. d. q. 78. n. 13. Mar. Anton. var. resol. lib. 3. ref. 13. num. 13. Sigism. Scac. de iudic. lib. 2. c. 10. n. 6.

In gloss. Eorum nuntio, ibi, si fuerint debiles, vel infirmi. Idem si sint senes, quos non posse cogi venire ad testificandum, sed debere iudicem ad domum illorum mittere pro testimonio ferendo, per l. iunius, ff. de testib. resoluit. Farin. d. q. 78. n. 59. vbi n. 97. idem dicit de muliere grauida, de quo etiam Bajard. ad Clar. q. 64. n. 75. Casdol. in praxi iudicum, verbo mulier, n. 30.

In ead. gloss. ibi, Vel intellige illud in criminalibus, &c. Notatur ad hoc quod in criminalibus, & contra accusatum testes apud iudicem sunt representandi, vt per Clar. §. fin. q. 26. n. 3. Anton. Scap. de iure non scripto, lib. 5. in tit. de probat. faciend. c. 80. Carau. super. ritu 87. magna Curia, n. 5. Buccaron. de different. iudicia civilia, & crimin. differ. 83. n. 3. vbi subdit testes apud iudicem in criminalibus esse representandos ad effectum, vt ipse videre possit, quo vultu, qua constantia, quove sermone loquantur; & ideo index non potest committere Notario examen testium presentium, & etià in loco iudicij existentium, secundum Lanfranc. de testib. n. 19. vers. in criminali autem, Boff. in pract. crimin. in tit. de opposit. contra testes, num. 26. Matfil. in pract. §. nunc videndum, n. 30. Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 77. num. 196. Buccaron. de differ. 83. post num. 9. versic. secundo autem. Quod quidem locum obtinet etiam si testes

De Testibus cogendis, Tit. XXI. 547

testes essent personæ egregiæ, quæ aliàs in eorum do-
mibus examinari deberent, iuxta l. ad personas, ff. de
iureiurand. quia in criminalibus coguntur accedere
ad dicendum testimonium coram iudice. Ias. in d. l. ad
personas n. 7. vbi Rip. num. 186. Roman. sing. 392. incip.
Persona egregia, Clar. d. q. 27. n. 2. Farin. d. q. 77. n. 23 s.
vide alias ad gloss. verbo transmittentes, in c. constitutus,
de fideiuss.

S V M M A R I V M.

- 1 Testimonium ubi necessarium, compellendi sunt testes
ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excom-
municationis, & depositionis sententiam.
- 2 Testes absentes qualiter compellantur ad perhibendum
testimonium, ostenditur.
- 3 Testes ad testificandum compelluntur, quando veritas
aliter haberi non potest.
- 4 Verba, Apost. auctoritate suspensos, intelliguntur
ipso iure.
- 5 Citationes plures in una citatione fieri possunt.

C A P. Cùm super. II.

1 Testimonium alicuius quando est necessarium,
vocandus est cum mandato, & si non venerit, est
suspendendus ab officio Ecclesiastico, & si adhuc ve-
nire contempserit, excommunicari, & deponi potest.
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bar.
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Burr. Anch. Bald.
Panorm. Felin. Henric. Guid. Papæ, Vinian. in rationali
secundi libri iuris Pontif. pag. 183. Alagona in compendio
iuris Canonici, pag. 277. remissive Ximen. in concord. p. 2.
refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 2.
tit. 14. c. 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III.
p. 8. c. 1.

2 Collige ex hoc text. posse geri præceptum testibus
Ecclesiasticis maxime absentibus, quod in tali termi-
no compareant ad perhibendum testimonium veri-
tatis, nempe intra triduum sub pœna pecuniaria; &
si in alio triduo non comparuerint, sub pœna ex-
communicationis, & si in alio termino adhuc non
comparuerint, sub pœna depositionis, idque in
eisdem literis, vt per Marc. Anton. Genten. in pra-
cticalib. Eccles. q. 780. à princip. vbi n. 3. aduertit quod
hodie per S. Concil. Trid. sess. 25. de format. c. 3. ex-
communicatio est ferenda in subsidium, & prius in-
cipiendum ab executione reali, & personali, nam
index potest cogere testes, vt veritatis testimonium
dicant etiam vsque ad bonorum confiscationem, vt
per Bald. hic, Ias. in l. 1. §. 1. n. 15. ff. si quis ius dicenti non
obtemperauerit, Clar. lib. 5. §. fin. q. 1. n. 6. & pars coram
iudice instari debet, vt multa indicta & captis pig-
noribus, cogantur comparere, vt lapso termino alia
sibi, detur dilatio, Mascard. de probat. concl. 1142. n. ult.
Guttier. pract. lib. 1. q. 15. n. 2. & lib. 3. q. 34. n. 24. & 30.
Menoch. conf. 380. n. 30. & 31. Surd. decis. 189. n. 30. &
conf. 8. n. 23.

3 Testimonium vestrum necessarium, &c. Notatur ad
hoc quod testes ad testificandum compelluntur quan-
do veritas aliter haberi non potest, vt per Farinac. in
praxi crimin. q. 78. num. 18. Ludou. Roman. sing. 293.
incip. Tu hab. Clar. in praxi crimin. §. fin. q. 24. vers. scias
tamen, vbi ait quod index quantum fieri potest ab-
stineat ab examinandis testibus, qui de iure contra
reum non possunt cogi ad testificandum, sed quod
vbi occurrit casus quod veritas aliter haberi non
posset quam per prædictos, & delictum esset atrox,

Index consulat Principem, refert Buccaron. de differ.
inter iudicia & crimin. differ. 72. n. 12.

Apostolica auctoritate suspensos, Id est, ipso iure, vt
per Tiraq. in l. si unquam, C. de reuocandis donat. verbo,
reuertatur. n. 110.

In gloss. Et si nec venerit, ibi, not. arg. quod in una
citatione possunt fieri plures citationes. Vide Tiraq. de re-
tractu convent. §. 2. gloss. 1. n. 67. & 68.

In gloss. Depositionis, fin. Notatur ad hoc quod
citatus ad perhibendum testimonium, qui propter
legitimum impedimentum non comparuit, & fuit
excommunicatus, quoad Deum talis testis non est
excommunicatus, secus quoad Ecclesiam, confitito
namque de legitimo impedimento, debet de fa-
cili absolui, vt per Clar. lib. 5. §. fin. q. 26. n. 6. Viuian. tom. 1.
commun. opin. lib. 4. tit. 10. n. 56. pag. 517.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis, qui timore aduersæ partis se subtrahit, testificari
compellitur.
- 2 Testes non sunt cogendi quando agitur de probando
crimen occultum.
- 3 Notorium per negationem non efficitur dubium.

C A P. Super eo. III.

Contentus coram iudice de aliquo facto si illud
negat, & factum est notorium, non desideran-
tur testes, sed si non est notorium, tunc qui interfue-
runt, licet de rigore iuris humani compelli possint
ad testificandum tamen sunt monendi, & non cogen-
di, nisi constet iudici eos à ferendo testimonio reuo-
cari timore partis aduersæ. Colligunt ex Ordin. Abb.
antiq. Innoc. Collect. Zab. Bar. Bellam. Ioan. Andr. Imol.
Anan. Host. Anch. Panorm. Burr. Bald. Felin. Guid. Pap.
Viui. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 185. Alagona
in compend. iuris Canon. pag. 277. remissive Ximen. in
concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret.
lib. 2. tit. 14. c. 4. & est post Conc. Later. sub Alex. III.
p. 8. c. 7.

Verum si non est notorium, &c. Notatur ad hoc quod
quando agitur de probando crimen occultum testes
non sunt cogendi, vt per Farinac. in praxi crimin.
quæst. 78. num. 121. Cui verò incumbat onus proban-
di rem aliter haberi non posse quam per testes Priui-
legiatos, an videlicet testibus, vel parti? Vide Hieron.
Buccaron. de differ. inter iudicia civilia & criminal.
differ. 73.

Factum negauerit. Ergo notorium per negationem
non efficitur dubium, vt per Anton. Gom. tom. 3. var.
c. 1. n. 41. & 42. Soar. de Pace in practica, tom. 2. fol. 6.
col. 1. n. 16.

Nisi forte timore, &c. Etiam si talis sit, qui in
virum constantem non cadat, vt per Hippol. sing.
578.

In gloss. Timore, ibi, certè eo ipso quod monitus est,
& non vult testificari, præsumitur contra ipsum quod non
bono animo hoc faciat. Notatur ad hoc quod testis re-
quisitus ad testificandum, si testificari renuat atque
recuset, præsumitur corruptus, & malitiosè se subtra-
here, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. §. 5. n. 4.
Virg. Boccac. in tract. de literis remis. cap. 2. n. 18. Buc-
caron. de differ. inter iudicia civilia & criminal. diffe-
rent. 77.

S V M M A R I V M.

- 1 Summarium collige ex conclusione text.
- 2 Testes qui iuravit se non examinari, potest non obstante iuramento ad testificandum compelli.
- 3 Instrumenta subtrahens adversario non perdit causam.

CAP. Peruenit. j. IV.

1 **I**n iura quando fertur clericis, vel rebus Ecclesiasticis, si illa aliter probari non potest, laici qui interfuerint, sunt compellendi ad testificandum per censuras Ecclesiasticas. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Host. Butr. Anch. Felin. Bald. Henric. Panorm. Guid. Papa. Viu. in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 189. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 277. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 15. de presumpt. c. 1.

Iuramento adstringitur, ut non deponeret contra ipsum.

Notatur ad hoc quod testis, qui iuravit se non examinari, potest non obstante hoc iuramento ad testificandum compelli, ut per Mascard. de probation. lib. 1. q. 5. n. 47. & 48. Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 78. n. 149.

2 **Q**uorum appellatione testes continentur. Collige ex text. probationem testium idem esse, ac instrumentalem, idem probat text. in l. 1. ff. de fide instrum. tradunt Abb. Bellam. n. 1. Imol. Anania, n. 2. & alij in presenti, Bart. in l. notionem, §. instrumentorum, ubi Alciat. ff. de verborum significat. Barbat. in c. quoniam contra, num. 6. de probat. & in rub. n. 5. ut lite non contestat. Felin. in rub. de fide instrum. n. 2. Menoch. de arbitr. casu 63. n. 6. contrariam tamen sententiam tenet gloss. 1. & 3. in d. l. 1. communis, ut per Tiraq. de retractu tit. 1. §. 2. gloss. 1. n. 2. Rebuff. in d. §. instrumentorum, concl. 2. asserentes usque adeo testes, & instrumentum inter se diuersitate continere, ut verè, & proprie loquendo, appellatione instrumentorum nequaquam testes contineantur. Sed utraque opinio sic concordari potest, ut scilicet prior procedat quando instrumentum in genere sumitur semoto communi vsu loquendi; quia tunc etiam secundum proprietatem verbi in illius appellatione testes veniunt, posterior verò sententia procedat quando in specie, seu specialiter, & secundum communem vsu loquendi instrumentum accipitur, iuxta quæ explicabis text. in d. l. 1. ff. de sine instrument. ibi, accipienda sunt, & ibi, instrumentorum; & ibi, habentur, quæ verba magis quodammodo improprietatem, & iuris censuram, quam veritatem, & verbis proprietatem denotare videntur, quam quidem interpretationem non ex ipsa re, sed habito respectu ad communem vsu loquendi consideratam esse à Iurisconsulto dicendum est, quemadmodum etiam in hoc text. dum utitur verbo, continentur, quod quidem similiter aliquo modo improprietatem denotare videtur.

3 **E**t quod tam ille, &c.] Ergo subtrahens instrumenta adversario non perdit causam, ut per Boer. dec. 97. n. 3. vide Doctores citatos ad c. intimavit, n. vlt. sup. de testibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes compellendi sunt etiam in causa criminali si res aliter probari non potest.
- 2 Laici contra clericum in causa criminali testimonium dicere prohibentur.

CAP. Peruenit. ij. V.

Clem. III.

Testes sunt cogendi in causa Ecclesiastica si res aliter probari non potest. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Panorm. Bald. Felin. Viu. in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 189. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 278. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 15. c. 1.

Et cum lapsus eorum testimonio, &c. Notatur ad hoc quod laicus contra clericum in causa criminali testimonium dicere non prohibetur, quando testis deponit pro clerico, quia pro ipso testificari potest, ut per Mascard. de probat. concl. 158. n. 5.

Si aliter veritas nequiverit elici. Notatur ad hoc quod laici de rebus Ecclesiasticis testificari recusantes per censuram Ecclesiasticam sunt compellendi quando aliter veritas sciri non potest, ut per Farin. in praxi crimin. q. 78. n. 185. & 186. Hinc etiam formitas in causa criminali testes esse posse quando veritas aliter haberi non potest, tenet Duen. reg. 315. vers. limita secundo.

Compellendi. Notatur ad hoc quod quando agitur de probando iniuriam personalem factam clerico testes sunt cogendi, ut per Farinac. d. q. 79. n. 183.

In gloss. Recusant, ibi, & intellige quod civiliter hic agebatur pro suo interesse. Vide Farinac. d. q. 78. n. 387. cum seqq.

CAP. Cæterum. VI.

Testes super consanguinitate probanda cogendi sunt, si constet eos nolle testificari odio, gratia vel timore. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Felin. Panorm. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 190. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 278. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 15. c. 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Farin. 2. in praxi crimin. p. 2. q. 78. n. 3. ubi n. 33. tenet hoc procedere dummodo testes se subtrahant odio, gratia, vel timore, aliter secus, n. 35. dicit etiam locum habere quando agitur de matrimonio coniungendo, vel disjungendo, secus si agatur ad successionem, tutelam deferendam, iudicem recusandum, & his similia, quia tunc non coguntur.

Ecclesiastica districtione compellat, &c. Notatur ad hoc quod index Ecclesiasticus testes ad testificandum cogere poterit per censuras Ecclesiasticas, ut per Farin. in praxi crimin. q. 78. c. 1. n. 36. Sigism. Scacc. de iudic. caus. civil. & crimin. q. 78. c. 10. art. 1. spec. 1. num. 102. Buccaron. de differ. inter iudic. civil. & crimin. differ. 75. ubi subdit quod si index sit secularis, testes tunc cogi poterunt multa indicta, seu captis pignoribus.

De Testibus cogendis, Tit. XXI. 495

In gloss. *Ipsum constituitur*. Notatur ad hoc quod testis requisitus ad testificandum si testificari renuat, atque recuset, presumitur corruptus, & malitiosè se subtrahere, gloss. similis verbo timore in c. 1. & in cap. super eo, supra hoc tit. gloss. verbo super crimine in principio, in cap. dilectorum, hoc eodem titulo, Menoch. de praesumpt. lib. 2. praef. § 5. n. 4. Virgil. Boccac. in tractatu de literis remissis. c. 2. n. 18. Hieron. Buccaron. de differ. inter iudicia civilia & crimin. differ. 77.

SVM MARIVM.

- 1 Testis synodalis, qui coram Ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur iurare super eo coram delegato. Et propter superuenientem infamiam à testimonio repellitur, potest tamen si errauerit in continenti, non ex intervallo se corrigere.
- 2 Testis incontinenti potest se corrigere, non verò ex intervallo, nisi ex timore tormentorum hoc faciat, quia tunc etiam ex longissimo intervallo poterit corrigere.
- 3 Confessionis reuocatio licita est, quando fit in continenti nullo etiam errore probato.
- 4 In dubio non est verisimile quod quis velit se incontinenti corrigere.

CAP. Præterea. VII.

Cælest. III.

- 1 Synodales testes, qui coram Episcopo visitante, sive Capitulo testificati sunt super causa matrimoniali, si ista causa deducatur ad aliquem delegatum, prædicti testes non sunt compellendi iterum iurare coram delegato super eadem causa, secus si emergat nouus articulus nouæ questionis, vel si aliter non possit fieri fides illi delegato. Item si prædicti testes post latum testimonium contrahunt infamiam, amplius ad testificandum non admittuntur. Item si in præferendo testimonio non studiosè errauerint, minimè reprobati debent, si incontinenti se corrigant, aliàs secus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Buttr. Felin. Henric. Anch. Viu. in ration. 2. lib. iur. Pont. pag. 190. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 278. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. Decretal. lib. 2. tit. 13. cap. 3.
- 2 Et se incontinenti correxerit.] Notatur ad hoc quod testis incontinenti potest se corrigere, vt per Cou. var. lib. 2. c. 13. n. 8. vers. ceterum. Menoch. remed. 1. recent. n. 259. & de arbit. casu 108. n. 4. & 5. Perez l. 1. gloss. 13. pag. 558. col. 1. tit. 4. lib. 3. Ordinam. Viu. tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 10. n. 54. & 55. pag. 517. & n. 374. pag. 558. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. quest. 10. art. 2. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 45. n. 6. latè Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 66. n. 227. cum seqq. & n. 228. asserit testem ex intervallo se corrigere nō posse, & n. 229. dicit quod ante perfectum examen, & antequam testis discedat à iudicis conspectu, potest dictum suum corrigere, & n. 232. id intelligit dummodo fiat antequam alloquutus sit cum parte, & numeris seqq. materiam sequitur, vide quæ habes ad cap. licet 9. vers. intellige primò, sup. de probat. Hieron. Buccaron. de differ. inter iudicia civilia & crimin. differ. 88. à n. 7. & differ. 98. n. 18. vers. sed hic, vbi post Roman. sing. 801. dicit quod licet testis possit corrigere dictum suum tantummodo incontinenti, tamen quod hoc proce-

dit si testis dictum suum velit corrigere sponte, secus autem si timore tormentorum, quia tunc poterit corrigere etiam ex longissimo intervallo, per doctrinam Bart. in auth. de testib. §. quia per text. singularem in l. si postulauerit, §. negauerit, ff. de adulter. Vnde argumento huius text. licitam esse confessionis reuocationem quando fit incontinenti nullo etiam errore probato, tenent Padil. in l. error, n. 7. C. de iuris, & facti ignor. Mascard. de probat. concl. 381. n. 2. & 4. Vital. in tract. clausularum, claus. non errore ductus, §. quod autem de errore aduocati, n. 3. In dubio autem non est verosimile quod plus velit se incontinenti corrigere. Roland. conf. 62. n. 9. vol. 3. Afflict. decif. 391. n. 4. Surd. conf. 241. m. 19. & conf. 362. n. 15. & conf. 365. n. 10.

CAP. Super his. VIII.

Innoc. III.

Crimen quando obicitur contra electum & scribitur Papæ, & dubitatur de crimine, vel delictis an sint Capituli, testes in inquisitione cogendi sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Buttr. Felin. Guid. Pap. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 191. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 278. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decr. 5. sub tit. de accus. c. 3. Super inquisitionis articulis.] Notatur ad hoc quod in causa inquisitionis etiam in criminalibus possunt testes compelli, vt per Farin. in praxi crim. q. 78. n. 15. 3. Tum de fama electi, & c.] Notatur ad hoc quod in crimine falsi testes sunt cogendi, vt per Farin. d. q. 78. n. 170. vbi n. 173. & 175. id intelligit procedere tantum si agatur civiliter, & non ad pœnam, & aliter veritas haberi non possit.

CAP. Cum contra. IX.

Testes qui in crimine falsi sese subtrahunt oīto, gratia, vel timore, possunt cogi testimonium dicere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Panorm. Buttr. Felin. Bald. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 191. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 178. remissuè Ximen. in concord. p. 2. Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 88. n. 175.

CAP. Dilectorum. X.

Honor. III.

Testes in civilibus, & non in criminalibus, si gratia, odio, vel timore se subtraxerint, ferre testimonium cogendi non sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Buttr. Anch. Felin. Henric. Bald. Panormit. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 192. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 279. & tom. 4. rep. in iure Canonico ad secundum librum, Ioan. C. lderin. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. Præterquam super criminibus.] Notatur ad hoc quod in criminalibus de iure Canonico quis testificari non

non compellitur, vt per Sigism. Scacc. in trakt. de ind. casus. civil. & crim. lib. 2. c. 10. sub n. 13. Farin. in praxi crimin. q. 78. c. 3. n. 115. Buccaron. de differ. inter iudicia civilia & crimin. differ. 7.

Quando vero agitur de crimine civiliter pro interesse partis, testes ad se examinandum cogi possunt, vt per Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 78. n. 159. & n. 163. idem etiam asserit quando agitur de crimine per viam exceptionis, si veluti excipitur contra testem, procuratorem, vel accusatorem, vt à iudicio, & à testimonio repellatur, ac in aliis casibus, in quibus non agitur ad punitionem principaliter, & directè, licet fama aliquatenus aggrauetur.

Sed quicquid sit de iure huius text. secundum quod testis non compellitur, testificari in causis criminalibus, hodie tamen indistinctè seruatur vt testes cogantur deponere, & in civilibus, & in criminalibus causis, vt testatur Foler. in praxi crim. Canon. relatus per Clar. §. fin. q. 24. vers. successiue videamus, in fine, Sigism. Scacc. d. c. 10. n. 12. & 16. Farin. d. q. 78. cap. 3. n. 120. Buccaron. d. differ. 7. n. 8.

In gloss. Super crimine, ibi, & eo ipso quod monitus non vult testificari, præsuntur quod etiam malitiosè hoc faciat. Vide per me dicta ad gl. c. super eo, sup. hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Socij etiam iurati coguntur ad detegendam veritatem coniurationis.
- 2 Inhabiles admittuntur quando veritas per alios probari non potest.
- 3 Conspiratio probari potest per eosdem conspiratores.
- 4 Testi dicenti se falsum deposuisse de alterius mandato prece, vel premio, non est credendum.

CAP. Venerabilis. XI. & fin.

Testes possunt compelli ad manifestandam coniurationem, etiam si iurauerint, non manifestare eam, & qui acceperunt iuramentum sunt cogendi, vt illos soluant à iuramento ad hoc vt testificentur. Exigunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 192. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 279. remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Et ipse intentionem suam probare non possit, & c. Ergo inhabiles admittuntur quando veritas per alios probari non potest, vt per Alciat. de pref. reg. 1. pref. 47. Gom. tom. 3. var. c. 12. n. 23. Carrer. in pract. crimin. tit. de iudic. & tort. §. in text. n. 32. Burlat. conf. 346. n. 17. vol. 4. Gabr. commun. tit. de testibus, lib. 1. concl. 7. n. 3. Mascard. de probat. concl. 831. n. 35. Hyppol. conf. 5. n. 10. cum seqq. & conf. 22. n. 11. & conf. 31. n. 32. & 33. & conf. 61. n. 25. & conf. 80. n. 62. cum seqq. & conf. 113. n. 28. & conf. 127. n. 8. cum seqq. Bonacof. commun. crim. p. 1. verbo, testis, fol. 270. verso. Clar. in pract. lib. 5. §. fin. q. 24. n. 19. Rot. Bononien. decis. 43. n. 9. Menoch. de arbitr. casu 106. n. 2. & casu 340. n. 11. Farin. in praxi crimin. q. 62. limit. 1. cum seqq. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico teste, §. 5. n. 5.

Nisi testimonio ciuium pradietorum. Ergo conspiratio probari potest per eosdem coniuratores, vt per Mascard. d. de probat. concl. 420. n. 2. & concl. 462. n. 23. & concl. 762. n. 7. & concl. 1311. n. 23. Menoch. de arbitr. casu 474. n. 29.

Et ab huiusmodi iuramento absoluant. Aduerte huiusmodi absolutionem debere fieri ad cautelam, po-

tius quam quod fuerit necesse, vide Gail. lib. 1. obseru. 100. n. 3. Mascard. de probat. lib. 1. q. 5. n. 55. Farinac. in praxi crimin. p. 2. q. 78. n. 141. vbi n. 152. dicit quod iste testis, qui iuravit non testificari, si testificatus est, licet talis testificatio non valeat ad plenam probationem faciendam, valet tamen ad semiplenam, & iuramenti dilationem.

Si se gratia, vel odio, vel timore subtraxerint. Notant DD. in presenti, quod testis dicenti se falsum deposuisse de alterius mandato, prece, vel premio, non est credendum Mascard. de probat. concl. 454. num. 20. & concl. 1311. n. 6. latè Farinac. in praxi crimin. pari. 1. quæst. 45. à num. 1. vbi num. 20. aduertit quod testes, qui in hoc text. pecunia corrupti promiserant medio iuramento non reuelare conspirationem factam contra Archiepiscopum Rauenennatem. compelluntur ad deponendum super dicta conspiratione eis præstita absolutione à dicto iuramento, & ideo non quoad corruptionem, sed quoad causam conspirationis illis creditur.

De Fide instrumentorum.

TIT. XXII.



UPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Dec. Butr. Anchor. Bald. Panorm. Felin. Mynsing. Guid. Pap. Guillem. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 67. verso, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 168. verso, Petr. de Raen. in compend. iuris Canon. Martin. Melnat. in epitom. Decretal. fol. 7. verso, Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontif. à pag. 265. Goffr. & Host. in summ. huius tit. Alex. Cassan. & Anatal. Germon. in paratilis ad quingue libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. nouissimè Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decret. omnes sub hoc tit. & tom. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 2. Decretal. Andr. Barbat.

De materia huius tit. vide Ordin. Regiam Luit. lib. 3. tit. 60. & apud Castellanos l. 1. tit. 7. lib. 5. noua recop. vbi Azueved. & tit. 9. lib. 2. for. leg. Guillem. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Morl. in emporio iuris, p. 1. tit. 11. Alex. Trentacing. var. resol. lib. 2. sub hoc tit. Renasp. in prompt. recent. sententiarum, tom. 1. tit. 49. Galganet. de iure publico, lib. 2. tit. 31.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumenti exemplum non solemniter sumptum fidem non facit absque originali.
- 2 Instrumenti exemplum non facit fidem.
- 3 Exemplum sumptum manu eiusdem notarij, qui originale scripsit, probat, & plenam fidem facit.
- 4 Originale, & exemplum quando inter se differunt, potius standum est originali.
- 5 Exempla & originalia in quo differant.
- 6 Exemplis regulariter fides non est exhibenda.
- 7 Instrumentis publicis sufficiunt duo testes.

CAP. Si scripturam. I. Gregor.

Exemplum instrumenti fidem non facit si non appareat scriptura authentica, idest, nisi ostendatur